

Cambridge University Press

978-1-108-04933-7 - The Historical Works of Master Ralph de Diceto, Dean of London: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

**RADULFI DE DICETO,
LUNDONIENSIS DECANI, OPERA
HISTORICA.**

Cambridge University Press

978-1-108-04933-7 - The Historical Works of Master Ralph de Diceto, Dean of London: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

Cambridge University Press

978-1-108-04933-7 - The Historical Works of Master Ralph de Diceto, Dean of London: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

**RADULFI DE DICETO,
LUNDONIENSIS DECANI, OPERA
HISTORICA.**

I. ABBREVIATIONES CHRONICORUM.

PRÆFATIO.

In opusculo sequenti trium temporum, scilicet ante legem, sub lege, sub gratia, poteris aliquantulum habere notitiam. Et licet tempus novissimum gratiæ cœlestis censeatur rore perfundi, vicissitudini subjacet, eventibus temporaneis immutabile nihil attribuens, sensibus humanis notam imprimens oblivionis. Itaque si, tempus gratiæ diligenter percurrents, quaedam signa repereris in margine posita, non hoc statim quasi superfluum reprehendas. Ea namque sunt ad memoriam facilius excitandam non parum accommoda. Quod autem signorum varietas sub duodenario comprehenditur, nec hoc reputes otiosum; quoniam cum crono-graphiæ conditio semper in infinitum decurrat, et novis emergentibus tam causis quam casibus novæ fieri soleant annotationes, si continentia totius libelli nichil tibi perfectum obtulerit, in capitulo saltem sub numero prædicto contentis, et in excursu rerum ad eundem numerum specialiter pertinentium, aliquantulum perfectionis poteris invenire.

The use and meaning of the signs placed in the margin of this work.

- | | |
|--------------------------------|-----|
| I. De persecutionibus Ecclesiæ | P S |
| II. De scismatibus | S C |
| III. De conciliis | C O |

A 2


Cambridge University Press

978-1-108-04933-7 - The Historical Works of Master Ralph de Diceto, Dean of London: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

- III. De regum unctionibus 
- V. De privilegiis Cantuariensis ecclesiae 
- VI. De quorundam archiepiscoporum
Cantuariensium electionibus 
- VII. De ducibus
Norman-
norum 
- VIII. De comiti-
bus Ande-
gavorum 
- IX. De controversiis inter
regnum et sacerdotium 
- X. De regibus Anglo-
rum et ducibus
Normannorum 
- XI. De regibus Anglorum
et ducibus Normannorum
et comitibus Andegavorum 
- XII. De dissensione quæ fuit
inter regem Henricum secundum
et tres filios suos. 

Cambridge University Press

978-1-108-04933-7 - The Historical Works of Master Ralph de Diceto, Dean of London: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

ABBREVIATIONES CHRONICORUM.

5

I.¹ JOHANNI² PRIMÆ SEDIS LUGDUNENSIS ARCHIEPISCOPO RADULFUS
DE DICETO DECANUS LONDONIÆ.

Habetur apud nos descriptio quædam xi^{cim}. regionum. Habetur et alia quædam annexa, c. et xiii^{cim}. provinciarum. Sed quoniam a multis retro temporibus sol justitiae Christus partibus Occidentis illuxit, vehementer miramur Britanniam³ a descriptione provinciarum prorsus exclusam, cum Julius Solinus nobilis ille cosmographus, Galliæ faciens mentionem, inter cætera scribat, “Finis erat orbis ora Gallici littoris, nisi Britannia insula pene nomen orbis alterius mereretur.”⁴ Rursus a tempore cuius summi pontificis inserta fuerit annualibus Latinorum illa memorialis distinctio, scilicet Lugdunensis prima, Lugdunensis ii^a., Lugdunensis iii., Lugdunensis iiiit^a., cum hoc credimus vestram non latere prudentiam, per vos instrui plurimum desideramus. Volumus etiam a vobis si placet audire quanto tempore Rothomagenses, Turonenses, Senonenses canonicis jussionibus Lugdunensium optemperaverint, vel qualiter hiis diebus extiterint indevoti. Postremo cum inter provincias Galliarum Lugdunensis sola spargitur quadriphariam, quid Julius Caesar, quid Julius Solinus, quid Eutropius, de Gallia vel de Gallis senserint, licet hoc plene noveritis, volumus saltem ad memoriam revocare.

Letter of inquiry from the writer to John archbishop of Lyons, as to the precedence of his see, and the omission of Britain in the Provincials annexed.

II. JOHANNES PRIMÆ SEDIS ECCLESIE LUGDUNENSIS ARCHIEPISCOPUS
RADULFO DE DICETO DECANO LONDONIÆ.

Anacletus⁵ papa, tertio suo decretali, Lugdunensem ecclesiam primam inter occidentales ecclesias nominavit; secundam vero metropolim Rothomagensium; tertiam Turonensem; quartam Senonensem. Et has metropoles cum suffraganeis suis ad ecclesiam Lugdunensem pertinere debere firmissimo jure statuit. Et hæc quasi primitivæ ecclesiæ ordinatio usque

Statement of the archbishop as to the dignity of the see of Lyons.

¹ The two letters that follow are found in MSS. A. and B.: they are omitted in C. They occur separately in the Cotton MS. Tiberius A. 9, and in the Ripley MS. fo. 15, which omit the first and last sentences.

² John of Poictiers, archbishop of Lyons, 1181–1193.

³ *Britanniam*] Oceano magno contignum, ins. R.

⁴ C. Jul. Solinus, *Polyhistoria*, cap. 22. *Mon. Hist. Brit.* i. p. ix.

⁵ Anacletus in the third epistle (*Pseudo-Isidor.* ed. Hirsch, p. 83) mentions the “Tomus” or *Notitia Provinciarum* here referred to. The whole is of course an anachronism, but this pope is quoted by Gregory VII. as authority for the position of the archbishops of Lyons. See on the whole subject the essay by Peter de Marca, in Labbe and Cossart, *Conc.* x. 519, sq.

Cambridge University Press

978-1-108-04933-7 - The Historical Works of Master Ralph de Diceto, Dean of London: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)Decision of
Urban II.
on the
point.

ad tempus Urbani papæ secundi inconcussa permansit. Cujus tempore Senonensis archiepiscopus, indignatus quod Rothomagensis et Turonensis archiepiscopi in conciliis et in conventibus Lugdunensis ecclesiæ primatis sibi præferrerentur, ab ipsius obedientia se subtrahere conatus est. Sed in concilio Claramontensi, cui jam dictus Urbanus præsedidit, ad querelam Hungonis tunc Lugdunensis archiepiscopi firmissime statutum est, ut omni jure ecclesiam Lugdunensem, tanquam matrem suam, Senonensis agnosceret, et ei omnimodam obedientiam et reverentiam exhiberet. Cujus tempore Hugo tunc Rothomagensis archiepiscopus ad instantiam regis Henrici primi personalem optinuit exemptionem sicut dicitur.

III.¹ BRUCARDUS.²

Nomina regionum xi. continentium intra se provincias centum et tredecim.

List of the
113 pro-
vinces.
Italy.

Italia. Gallia. Africa. Hispania. Illiricus. Thracia. Asia. Oriens. Pontus. Egyptus. Bractiania.³

In Ytalia sunt provinciæ numero xvii.; Campania in qua est Capua; Tuscia cum Ymbria; Emilia; Flaminia in qua est Ravenna; Picenum; Liguria in qua est Mediolanum; Venecia cum Histris in qua est Aquileia; Alpes Gothiæ;⁴ Samnium; Apulia cum Calabria in qua est Tarentus; Brutia cum Lucania; Rethia prima; Rethia secunda; Cicilia; Sardinia; Corsica; Alpes Graiae.

Gaul.

Galliarum provinciæ numero xvii: Viennensis; Narbonensis prima; Narbonensis secunda; Aquitania prima; Aquitania secunda; Novem-populana; Alpes maritimæ; Belgica prima in qua est Treveris; Belgica secunda in qua est transitus ad Britanniam; Germania prima super Rhenum; Germania secunda super eundem; Lugdunensis prima super Rodanum; Lugdunensis secunda super Oceanum; Lugdunensis tertia super

¹ The following tract is omitted in MSS. B. and C. It is in MS. R. fo. 14, and MS. T. fo. 22.

² Burchard or Brucard, of Worms, the canonist, died in 1025: the Notitia, however, that follows was drawn up under the elder Theodosius. It was first printed by Schonhovius, and afterwards with notes and emendations by Cellarius: it

may be found appended to Havercamp's Eutropius, Leyden, 1729. See also the Recueil des Hist. de France, i. 122.

³ *Bractiania*] Britannia, ed. Havercamp. If our author had had this reading, it is clear that his letter to John of Poictiers, above, p. 5, would not have been written.

⁴ *Gothiæ*] Cottiae, ed.

Cambridge University Press

978-1-108-04933-7 - The Historical Works of Master Ralph de Diceto, Dean of London: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

ABBREVIATIONES CHRONICORUM.

7

Ligerim ; Lugdunensis quarta super Sequanam ; Maxima List of the provinces.
Sequanorum ; Alpes Penninæ.

In Africæ sunt provinciæ numero sex ; Proconsularis in qua Africa.
est Carthago ; Numidia ; Bisantium ;¹ Tripolis ; Mauritania
Sitivensis² ; Mauritania Cæsariensis.

In Hyspania sunt provinciæ numero vii. : Tarraconensis ; Spain.
Carthaginensis ; Betica ; Lusitania in qua est Emerita ; Gallicia ;
Insulæ Baleares ; Tingitana, trans fretum quod ab Oceano
infusum terras intrat inter Chalpen et Gehennam.

In Illirico sunt provinciæ numero xviii. : Dalmatia supra Illyricum.
mare ; Pannonia prima in qua est Syrmium ; Pannonia
secunda ; Valeria provincialis³ ; Mesia superior ; Epirus vetus ;
Epirus nova ; Pampica ; Noricus Ripensis supra Danubium ;
Noricus Mediterranea ; Suevia⁴ ; Dardania ; Hemeriontus⁵ ;
Datia ; Scythia ; Creta insula ; Achaia ; Macedonia ; Thessalia.

In Thracia sunt provinciæ numero vi. : Thracia prima ; Thrace.
Thracia secunda ; Mesia inferior ; Scythia inferior ; Europa in
qua est Constantinopolis, quæ prius Lychus dicta sive Bisan-
tium ; Rhodopa.

In Asia sunt provinciæ numero xii. : Asia ipsa in qua Asia.
Ilium, id est, Troja ; Licia ; Galathia ; Lidia ; Caria ; Helespon-
tus ; Pamphilia ; Psidia⁶ ; Frigia prima ; Frigia salutaris ;
Lychaonia ; Ciclades.

In Oriente sunt provinciæ numero x. : Siria Cœles⁷ in qua The East.
est Antiochia ; Syria Palestina ; Syria Phœnicioe ; Isauria ;
Cylicia juxta montem Taurum ; Cyprus ; Mesopotamia inter
Tygrin et Eufraten ; Eufratesia ; Hosdroene ; Sophoene.⁸

In Ponto sunt provinciæ numero viii. : Pontus Polemoniacus ; Pontus.
Pontus Misia⁹ ; Honorida¹⁰ ; Bythinia ; Paflagonia ; Armenia
minor ; Armenia major ; Cappadocia.

In Egypto sunt provinciæ numero vi. : Egyptus ipsa in qua Egypt.
est Alexandria ; Augustamnis ; Thebaida ; Libia Sicca ; Libia
Pentapolis ; Archadia.

In Bractiania¹¹ sunt provinciæ numero v. : Bractiania Britain.
prima, Bractiania¹¹ secunda ; Flavia ; Maxima ; Valentina.

¹² Provincia Lugdunensium prima habet civitates numero v. ; List of cities.

¹ Byzacium, ed.

² Sitifensis, from the city of Si-
tis, or Seteef.

³ provincialis] Prævalitana, ed.

⁴ Suevia] Savia, ed.

⁵ Hemeriontus] Hæmimons, or
Hæmimontus, ed.

⁶ Psidia] Pisidia, ed.

⁷ Cœles] Ciliciæ, ed.

⁸ Sophoene] Sophane, ed.

⁹ Misia] Amasia, ed.

¹⁰ Honorida] Honorias, ed.

¹¹ Bractiania] Britannia, ed.

¹² Omitted in Havercamp.

Cambridge University Press

978-1-108-04933-7 - The Historical Works of Master Ralph de Diceto, Dean of London: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)Cities of
Lugdunen-
sis prima.

metropolis civitas Lugdunensium; civitas Heduorum quæ et Augustudunum; civitas Lingonum; castrum Cabillonense; castrum Matisconense.

Lugdunen-
sis secunda.

¹ Provincia Lugdunensium secunda habet civitates numero vii.: metropolis civitas Rothomagensium; civitas Bajocasium; civitas Abricantium; civitas Euaticorum, id est Ebroicorum; civitas Salarium, id est Saorium; civitas Luxoviorum; civitas Constantia.

Lugdunen-
sis tertia.

¹ Provincia Lugdunensium tertia habet civitates numero ix: metropolis civitas Turonorum; civitas Cenomannorum; civitas Andegavorum; civitas Rhedonum; civitas Namnetum; civitas Coriosolitum; civitas Eiantium, id est Venetum; civitas Osis-
morum; civitas Diablintum,² quæ alio nomine Adalia vocatur.

Lugdunen-
sis quarta.

¹ Provincia Lugdunensium quarta habet civitates numero viii.: metropolis civitas Senonum; civitas Carnotum; civitas Autisio-
dorum; civitas Tricasium; civitas Aurelianorum; civitas Parisiorum; civitas Meldorum; civitas Nivernensium.

Belgica
prima.

Provincia Belgica prima habet civitates numero iii.: me-
tropolis civitas Treverorum; civitas Mediomatricorum, id est Mettis; civitas Leucorum, id est Tullum; civitas Veredunen-
sium.

Belgica
secunda.

¹ Provincia Belgica secunda habet civitates numero xiii.: metropolis civitas Rhemorum; civitas Suessionum; civitas Cathalaunorum; civitas Viromandorum; civitas Atrebatum; civitas Cameracensium; civitas Turnacensium; Silvanectensium; civitas Bellovagorum; civitas Ambianensium; civitas Morino-
rum, id est, Ponticum;³ civitas Bononiensium; civitas Lau-
dunensium.⁴

Germania
prima.

⁵ Provincia Germania prima habet civitates numero iii.: metropolis civitas Maguntiacensium, id est Maguntia; civitas Argentoracensium, id est Strateburgo; civitas Nemetensium, id est Spira; civitas Wangionum, id est Wormatia.

Germania
secunda.

⁵ Provincia Germania secunda habet civitates numero ii.: metropolis civitas Agrippinensium, id est Colonia; civitas Tungrorum.

Maxima Se-
quanorum.

⁵ Provincia Maxima Sequanorum habet civitates numero x.: metropolis civitas Vesontionensium; civitas Equestrium, id est Nevidunus; civitas Helvitiorum, id est Aventicum; civitas Nividunum; civitas Basilientium; castrum Windonense; cas-
trum Ebredonense; castrum Argentariense; castrum Raura-
cense; portus Bucini.

¹ Omitted in Havercamp.

² Jublins, Carises or Adula.

³ id est, Ponticum] om. R.

⁴ civitas Laudunensium] om. ed.

⁵ Omitted in Havercamp.

Cambridge University Press

978-1-108-04933-7 - The Historical Works of Master Ralph de Diceto, Dean of London: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

ABBREVIATIONES CHRONICORUM.

9

¹ Provinciae Alpium et Graiarum et Penninarum habent civi- Alpes Graiae
tates numero ii. : metropolis civitas Centronium, id est Taren- et Penninæ.
tasia; civitas Valensium, id est Octodorus.

Provincia Viennensis habet civitates numero xiii. : metro- Viennensis.
polis civitas Viennensium; civitas Genevensium; civitas Gra-
tianopolitana; civitas Albiensium, nunc Vivarium; civitas Diensium;
civitas Valentinarum; civitas Tricastinorum; civitas Vasionensium;
civitas Arausicorum; civitas Cabellicorum; civitas Arelatensium;
civitas Carpentoracensium, nunc Vindausa; ² civitas Massiliensium.

Provincia Aquitanica prima habet civitates numero vii. : Aquitanica
metropolis civitas Byturigum; civitas Arvernorum; civitas Ruthenorum; civitas Albigen-
sium; civitas Cadurcorum; civitas Lemovicum; civitas Gabalum; civitas Vellavorum.

Provincia Aquitanica secunda habet civitates numero vi. : Aquitanica
metropolis civitas Burdegalensium; civitas Agennensium; civitas Engolismensium; civitas Sanctionum; civitas Pictavorum; civitas Petragoricorum.

Provincia Novempopulana habet civitates numero xii. : Novempo-
populana.
metropolis civitas Ausciorum; civitas Aquensium; civitas Lac-
toratum, id est Litora; civitas Convennarum, id est Com-
minica; civitas Consuranorum, id est Consurana; civitas Boatium, quod est Bovis; civitas Beranensium, id est Benamus; civitas Aurenen-
sium; ³ civitas Vasatica; civitas Tussa, ⁴ ubi est castrum Bigorra; civitas Ellenorensium, id est Elnia; civitas Elosaticum.

Provincia Narbonensis prima habet civitates numero viii. : Narbonen-
sis prima.
metropolis civitas Narbonensium; civitas Tolosaticum, id est Tolosa; civitas Biterrensi-
um; civitas Agarensium; ⁵ civitas Nemausentium; civitas Magalonensium; civitas Luctevensium;
id est Lucteva; castrum Ucentiense, id est Astitueensi.

Provincia Narbonensium secunda habet civitates numero vii. : Narbonensis
secunda.
metropolis civitas Aquensium; civitas Aptensium; civitas Regensium, id est Regius; civitas Forojuiliensis; civitas Vappin-
centium; civitas Segestorum; civitas Antipolitana.

Provincia Alpium Maritimaru[m] habet civitates numero viii. : Alpes Mari-
timæ.
metropolis civitas Ebredunensium; civitas Diniensium, id est Dina; civitas Rigomagensium; civitas Sollinensium; civitas Aniciensium; ⁶ civitas Glannateva; civitas Celemensium; ⁷ civitas Vinsiciensium.

¹ Omitted in Havercamp.

² *Vindausa*] Vindesca, ed.—civitas Avennicorum, which is wanted to make up the number of fourteen, is omitted in the text.

³ *Aurenensium*] Aturensium, ed.

⁴ *Tussa*] Turba, ed.

⁵ *Agarensium*] Agathensium, ed.

⁶ *Aniciensium*] Saniciensium, ed.

⁷ *Celemensium*] Cemelenensium, ed.

Cambridge University Press

978-1-108-04933-7 - The Historical Works of Master Ralph de Diceto, Dean of London: Volume 1

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)*De origine Scotorum et Hyberniensium.¹*

Account of Ireland and its early inhabitants. Hibernia post Britanniam omnium insularum est optima; quæ quamvis Britanniæ divitiis cedat, latitudine, salubritate, serenitate præstat. Quæ sicut versus aquilonem brevior est, ita versus meridiem trans illius fines protenditur. Hæc autem proprie patria Scotorum est, nam, sicut legitur, Egyptiis in mari rubro submersis, illi qui superfuerunt expulerunt a se quendam nobilem Sciticum qui degebat apud eos, ne dominium super eos invaderet. Expulsus ille cum familia sua pervenerunt ad Aras Philistinorum, et per lacum Salinarum et montana Syriæ; transierunt per Mauritaniam et ad columpnas Herculis, navigaverunt Tyrenum mare et pervenerunt ad Hyspaniam, et ibi per annos habitaverunt multos; et progenies eorum est multiplicata nimis. Inde venerunt Hiberniam post annos mille duobus additis a transitu filiorum Israel per mare rubrum, et inde pars eorum egressa terciam in Britannia Britonibus et Pictis gentem addiderunt. Pars eorum quæ remansit in Hibernia Navarri vocantur et adhuc eadem utuntur lingua.

Hyberus. Hibernia. Hiberniensis.

Getia. Geta. Geticus. Goticus. Gotus. Ostrogotus. Witsigotus.

Scitia. Scita. Sciticus. Scoticus. Scotus. Scotia.

COMMENDATIO BRITANNIE.²

Praises of Britain.

Britannia, sicut legitur, inter insulas omnes est vel prima vel maxima; quam natura benignior adeo reddidit ad inhabitantum acceptam ut quicquid usus desiderat vel appetit luxus, ex ea proveniat, aut aliunde transvehatur ad eam. Advenas etiam desiderio quovis accedentes ad eam allicit eo usque,

¹ Omitted in MSS. B. and C. R. has the title *De situ Hiberniae*; and reads at the end; “in Hyspania “ fluvius est Hiberus a quo dicitur “ Hibernia, dicuntur et Hyberniennes,” fo. 18. It is an extract from Henry of Huntingdon, Lib. i. Mon. Hist. Brit., pp. 696, 697.

² Omitted in C. R. fo. 16. This tract, which exists in slightly different form in many MSS., is not the work of Ralph de Diceto, but somewhat earlier, although no certainty

can be made out as to the authorship. It was printed by Hearne in the Appendix to Robert of Gloucester, p. 572, from the MS. Rawlinson, Misc. 358, of the fourteenth century. It contains much matter that is found in Nennius, Geoffrey of Monmouth, Alfred of Beverley, and Henry of Huntingdon, but in the obscurity of the authorship it is impossible to say whether it is taken directly from those writers or they have borrowed from it.